Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30488
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Sciendum quod sunt septem etates hominis

Prima etas hominis est infantia et durat usq; ad septem annos Secunda puerita et durat a septem usque ad quindecim annos Tertia adolescentia et durat usq; ad viginti quinq; annos Quarta iuventus et durat a viginti quinq; usq; ad quadraginta annos Quinta virilitas ed durat a quadraginta usq; ad quinquaginta annos Sexta est senectus et durat a quinquaginta usq; ad septuaginta annos Septima et ultima decrepitus et ista durat a septuaginta annis usque ad mortem

Septem sunt etates mundi

Prima etas mundi fuit ab adam usque Noe Secunda a Noe usque ad Abraham Tertia ab Abraham usq; dauid Quarta a dauid usque ad transmigrationem babilonis Quinta a transmigratione babilonis usque ad adventu xpi Sexta et ultima ab adventu xpi usque ad finem mundi Septima erit post diem iudicij iniqua omnes erimus recepturi premia secundum merita et opa nra et illa erit immutabilis

Qui sunt articuli fidei q̃liter et a quibus fuerunt proposit

Primus articulus est credere in persona dei patris hunc articulum composuit Beatus petrus apostolus dicens Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre Secundus est credere in persona filij hunc composuit Andreas frater petri dicens Et in ihm xpm filium eius unicum dominum nrm Tertius de conceptione xpi hunc composuit Jacobus minor dicens Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine Quartus est de passione